


Dilecti filij salutem, et apostolicam benedictionem. Cum vobis nuper innotuit, uaria, et diuersa priuilegia, immunitates, exemptiones, et gratias vniuersitati, et hominibus uestris per Paulum. iij. Iulium etiam. iij. et Paulum. iij. et Pium etiam. iij. et alios predecessores nostros Romanos Pontifices. et sedem apostolicam per uas in forma Breuis, et sub plumbo literas nuper uarijs, et diuersis rebus, ac occurrentibus negocijs, nec non liberatione cuiusdam asserti pallij ciuitatis Romanæ, uel eius cathedralis Ecclesie sub cuius diocesi constituti estis, ac Portoris, seu Potestatis electione abrog, aliusque Provincia nostre Marchie legati, seu vicellegati, uel sublegati confirmatione, et approbatione, in regno, et imperio, et gladii potestate concessa, confirmata, et innouata fuisse, communitatemque, ac regimen uestrum pro eius, ipsiusque, ciuitatis, et habitatorum tranquillo statu, et comoditate uera, et diuersa statuta constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes ordinasse, statuisse, et condidisse, et per diuersos Romanos Pontifices predecessoris nostros etiam confirmata fuisse. Nos autem vos non minoribus, sed amplioribus fauoribus, et gratijs prosequentes, considerantesque, fidem, sinceritatem, et constantiam uestram erga sanctam sedem apostolicam, et Romanos Pontifices uestris etiam exigentibus meritis omnia, et singula priuilegia, indulta, gratias, concessionem, et exemptionem per quorumcumque Romanos Pontifices predecessoris, et sanctam sedem apostolicam in genere, uel in specie præsertim super liberatione dicti pallij uobis quomodolibet concessa, approbata, et innouata, nec non constitutiones, ordinationes, decreta, et reformationes per vniuersitatem uestram, et homines predictos quomodolibet factas, et editas, factaque, edita, et firmata, quorum omnium, et singulorum tenores, et compendia, ac si de uerbo ad uerbum præsentibus inserta fuissent pro expressis habentes, quatenus tamen iusta, et honesta, ac contra libertatem ecclesiasticam non tendentia, ac pro ut hactenus obseruata sunt, Motu proprio, et ex certa scientia approbamus, confirmamus, et innouamus, concedimus, et indulgemus, illis, nostrum, et sedis apostolicæ rebus, et firmitatem adijcimus, suppletis omnes, et singulos defectus, Et inuicem quia filiis reuerentis Pius Quartus predecessor noster prohibuerat, ne quis in Provincia, et Terra predicta granum, uel alienius cuiuscumque generis blada uendere, uel emere audeat, sine præsentibus, nisi prius à Camerario, seu ab ipsa camera ad id specialiter deputatis habita licentia, uolumus, et mandamus, quod in Provincia, et Terra predictis quilibet ad sui bene placitum libitum libere, et libere granum, et cuiuscumque generis blada emere, et uendere possit, et debeat, ita quod omnibus sit liberum huiusmodi commercium, dummodo monopoliæ non fiant, et in fraudem, et præiudicium camera predictæ, et extra statum ecclesiasticum sine licentia non extrahantur, Et inuicem sperantes et fruentius uos in nostra, et dicta sedis deuotione permanentis, quo uberiores gratias ab eadem sede consequimini, Motu proprio, scientia, et potestate similibus uobis, ut in futurum unum, de quo uobis uidebitur, uisum contempnignam ad uendendum sal publicum in ista Terra pro uis uestro pro precio, quo Dohanerij salaria nra Marchia in magisteris, et locis solitis uobis in particulari uendunt ad nutum uestrum deputari possitis, et ualeatis, ut de præsentibus eligitis, et deputatis, et quatenus ita fieri solitum sit, et à Dohanerij predictis satisfacto eisdem de concurrenti precio salis predicti à uobis pro tempore deputato, uel deputando uenditi super delegatione huiusmodi quouis prætextu molestari ad acceptandum alium pro ditiorum Dohanerij parte ad uendendum sal predictum deputatum inuicti cogi non possitis. Mandamus modernis, et pro tempore existentibus dicta Provincia legato, vicellegato, Gubernatori, Thesaurario, et cuiuscumque ipsorum ministris, et officialibus, nec non sancta Romana Ecclesia Camerario, vicecamerario Camera apostolica clericis, ac generalibus Thesaurario, et Auditori quod vniuersitatem, et homines predictos minimi impediant, perturbent, uel inquietent, quinimo eis in præmissis omnibus, et singulis fauant, et assistant, ipsosque, priuilegijs, indultis, gratijs, exemptionibus, concessionibus, et alijs predictis libere, et libere utantur, et gaudeant, et inobediens quocumque, uel facti remedijs opportunis, ac sub sententijs censuris, et poenis compenendo, etiam cum auxilio brachij secularis, siq, per quorumcumque iudices etiam causarum Palatii apostolici Auditoris, et sancta Romana Ecclesia Cardinales iudicari, et diffiniri, ac interpretari debeat, sublata eis aliter iudicandi, diffinendi, et interpretandi facultate, decernimus. Item obstantibus apostolicis, ac dicta Provincia, et alijs provincialibus, et synodalibus constitutionibus, et ordinationibus etiam super registrandis priuilegijs in Archiuis dicta Provincia, ac de confirmandis, et uidendis statutis editis per communitates ipsius Provincia, per illius legatos, vicellegatos, Gubernatores, et Præsides, priuilegijs quoque, indultis, et literis apostolicis quibusuis concessis, approbatis, et innouatis cum quibusuis clausulis etiam derogatorijs irritantibusque, et alijs decretis, omnibusque, alijs, qua predecessoris nostri non obstant uoluerunt, ceterisque, contrarijs quibuscumque, quorum omnium, et singulorum priuilegijs, indultorum, gratiarum, concessionum, immunitatum, statutorum, decretorum, reformationum, constitutionum, prohibitionum, aliorumque, predictorum, et hic de necessitate exprimendorum tenores, et compendia, ac si de uerbo ad uerbum non per clausulas generales idem importantes etiam in pro illorum sufficienti derogatione specialis et indiuidua mentio habenda, et illorum tenores inuicem essent pro plene, et sufficienter expressis habentes illi omnibus hac uice specialiter, et expresse derogamus. Dat. Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die. xxvi. Martij. M. d. lxi. Pontificatus nostri Anno Primo.

Ca: Glorierius



*1500*

*Diebus filijs universitatium hominum Terra  
nativa Montis sancti Iacobi dieg.*

*J. Leo. V.*

*Confirmatio privilegiorum, statuum, decretorum  
electoribus, prebiteris, quendam Salis, pueri  
paucaque veris, dummodo in se hinc in  
liberatis appareant, pallium in sinuati firmate  
N.º 28.º 1500*

